

in Alpes que Italie imminent; forte enim Sigismundus, Romanorum imperator, in ea regione tunc agebat^(a); prefectus est, apostolice sedis legatus, ut communi consensu utriusque potestatis de congregandi concilii loco conveniretur, aliasque peregrinationes^(b)

5 preteream, quas eiusdem rei stabiende causa suscepit: illud prefecto non mediocris sive laboris sive periculi videri merito debet, quod cum eodem Iohanne tunc papa^(c) solus, ut ita dixerim, aut certe pre omnibus certavit, cum adducere illum ad concilium renitentem^(d) conaretur. nam, ut erat illius animus sibi conscius

10 malique presagus, iudicium metuens, invitus veniebat. venit tamen, nec^(e) ante venit quam penituit venisse^(f); quamobrem studuit abire quam primum^(g), si licuisset^(h). qui si forte periculum in quod venerat evasisset, haud dubium quin periculum illis parasset, qui tam obstinate adversus mentem suam adventum illum sibi sua-

15 serant⁽ⁱ⁾. in ceteris vero quis eque ut ipse^(j) laboravit? cunctarum enim discordiarum atque contentionum^(k), que plurime in hoc sacro concilio, instigante diabolo, exorte sunt, solus pre omnibus mediator atque arbiter constituebatur; et in eam rem tam efficax erat, sive auctoritate valens, sive studio, sive magis^(l) felicitate qua-

20 dam, ut sepe etiam causas desperatas de repente componeret. idque singulariter ei ad laudem, dum viveret, tribui solebat; nec minus vero post mortem, cum simile quidpiam^(m) intercurrebat, communibus omnium votis desideratus est. de ceteris, ut pleraque per eum solum, ita absque eo fieri nichil consuevit. quamobrem, etsi

25 durum est nobis eo carere, qui superstites sumus, tamen ita mortuus est ut maxime perciperet hoc tempore fructum suorum laborum, sive illorum, quos longis temporibus⁽ⁿ⁾ prius docendo pertulit, sive

varie ambasciate, anche d'inverno in mezzo alle Alpi, per fissare con Sigismondo il luogo del futuro concilio;

e per esso affrontò Giovanni XXIII, obbligandolo a recarsi, suo malgrado, a Costanza,

dove Giovanni cercò subito di allontanarsi,

con grave pericolo per i fautori della sua venuta, ov'egli fosse riuscito nel suo intento.

Laboriosamente s'adoperò poi a temperare le discordie de' prelati, appianando egli solo le difficoltà più disparate,

sicchè vivo ebbe il plauso di tutti, e morto lasciò in tutti il desiderio di sé.

Ma, se la perdita è dura per i superstiti, tuttavia, innanzi che morisse, ei vide i frutti della lunga sua operosità, così nell' insegnamento,

(a) *Ar VMur.* forte enim in ea regione Sigism. Rom. imp. tunc agebat (b) *BPG*
alias peregr. *Mur.* et alias peregr. (c) *V* Iohanne eodem tunc pont. (d) *Bom.* illum
Ar V illum renit. ad conc. (e) *B* verum tamen nec *G* veniebat, tamen (f) *BG* pe-
nituisset (g) *BPG* studuit venire quam primum *Ar V om.* quam primum (h) *BPG*
periculum illius - suaserant *C Ar VMur.* periculum illi - suaserant (i) *BG* quisque ut
ipse *Mur.* quis eque laboravit ut ipse (k) *BG* conventionum (l) *Ar V Mur.* seu
magis (m) *Mur.* quodpiam (n) *V* longe prius temp.

(1) Giovanni XXIII fuggì due volte: «dissimulato et indecenti» — da Costanza a Sciaffusa, e nuovamente, il 29 marzo, da Sciaffusa a Laufenburg.